

P. I. *Annal. Reg. Hung. L. IV. p. 387.* vulgato videatur res inter minas constitisse, videlicet, si Vainoda antiquam Coronam reddere pernegaret. Ceterum totum hoc negotium inclitus ille Annalium Scriptor loco cit. graviter, ut solet, et eleganter enarrat.

III. fol. V. p. 2. sequitur Dionysius de ecclesiastica Hierarchia praecedente obscuro illo Epigrammate, de quo mentem meam aperui Vol. I. P. 1. col. 683. ubi hoc Opus ex eadem Job. Erigenae Versione retuli. Epigramma inquit: *Symbola diuinorum mirabilium &c.* Opus ipsum: *Quia quidem secundum nos &c.* Exemplum praefens integrum quidem, sed minus castigatum scriptum est.

IV. fol. 33. Dionysius de diuinis nominibus praevio pariter Epigrammate illo: *In animum splendor &c.* Operis initium: *Nunc au-*

Finis inest operi Scriptor te redde quieti &c.

Vestitur Codex interne fragmentis Decretorum liturgicorum *Domus karthuse*, incertum, an *Magnae*, an alterius cujusdam.

CCCCXIX.

R. 3265 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 254. f. luculente et probe scriptus, rubricis enotatus, et, ut e quodam vestigio fol. ult. p. 2. adparet, olim *Sitticensis* in *Carniolia* Coenobii Ord. *Cist.* ita praefignatur: *Incipit Liber Primus domni Bernardi Clareuallensis abbatis De consideratione. scri-*

tem o beate &c. ut Vol. mox. citato; sed in verbis *Cap. X. et non finens ea cadentia ut ex perfectissima refectionem* — — quae graece sunt: *ὡς ἐκ παντελους ἐστίας κινουμενα παραπολεσθαι* abrumpitur.

V. fol. 57. Commentarius logicus in *Aristotelis Categorias* per duas columnas Sec. XIV. minute currente calamo multis compendiis exaratus, cujus initium: *Forma est compositioni contingens. Objectum huius libri est. Accidens determinatur in genere adveniens extrinsecus &c.* Fine truncatus.

VI. fol. 66. *Summa*, ut in calce adpellatur, de *processu iudicii.* Init manu Sec. XIV. *Antequam dicatur de processu iudicii notandum est quid sit iudicium &c.* ut Vol. I. P. 2. col. 1278. ubi Libellum hunc *ἀνωνυμον* jam retuli. Hic ad calcem Versiculis hiulcis 18. commendatur, quorum initium:

ptus ad Eugenium Papam. Nempe: *Subit animum dicere aliquid &c.* ut Edit. *Maur. Paris. 1690.* T. II. col. 407. Textus absque divisione in Capita integer atque castigatus est; neque id mirum, cum fortassis ante Autoris beati annum emortualem 1153. jam descriptus sit.

II. fol. 39. p. 2. *ἀνεπιγραφεως* Tractatus Eiusdem de *diligendo Deo* sequitur: *Viro illustri domino americo ecclesie romanae diacono cardinali & cancellario. B. abbas dictus de claraualle domino uiuere et in domino mori. Orationes a me et*

non *questiones poscere solebatis* &c. ut T. *supracit. col. 583.* in cuius Tomi Elencho praevio per errorem tamen inscriptus est *ad Wilhel mum abbatem.* Nobis distinguitur quidem in quasdam Rubricas, sed quae cum Capitibus Editionis non conveniunt. Ceterum et hic integra et castigata omnia.

III. fol. 54. p. 2. a prima manu sine titulo, sed a recentiore *Incipit prefatio beati Bernhardi abbatis super missus est.* Ita: *Scribere me aliquid & devotio iubet* &c. ut Edit. cit. T. III. col. 732. etiam subjuncta IV. *Homiliis* Autoris *Excusatione*, ut ibi col. 755.

IV. fol. 75. praemissa Epistola *ad Guillelmum abbatem S. Theoderici*, qui tacetur, *Explicit Epistola. Incipit Liber de gratia et libero arbitrio.* Videlicet: *Loquente me coram aliquando* &c. ut T. II. col. 603. Textus plurimis Rubricis interstinctus est, nihilque deficit.

V. fol. 92. p. 2. praemissa *Retractione*, quam *Bernhardus* primo huic suo *de Gradibus Humilitatis* foetui subjunxit, interjectus est a Librario inter hanc et ipsum *Tractatum Elenchus* quidam retrogradus a XII. ad IV. varios *Humilitatis Actus* enumerans, puta: *Corde et corpore semper humilitatem ostendere defixis in terram aspectibus* &c. qui certe huc non pertinet. Dein *Tractatus* nobis nulla ratione divisi initium: *Rogasti me frater. h. quatinus ea* &c. ut T. II. col. 559. Edita habent *Godefride*, et, ut opinor, C. I. non bene legunt: *Ego sum via, id est,*

viaticum, quo sustentaris in via; censeo enim legendum cum Codice: *Ego sum vita* &c.

VI. fol. 111. p. 2. *Epistola domni Bernardi abbatis Clarevalensis ad H. (enricum) senonen. archiepiscopum. Mauriani T. cit. col. 461.* inscribunt *de Moribus et Officio Episcoporum* et in Capita dividunt. Initium est: *Placuit praesentiae uestre novum aliquid* &c. Etiam hic c. I. malo legere cum Codice: *Si ego latens in caverna* &c. quam cum Editis: *Si ergo* &c.

VII. fol. 126. *Incipit Epistola domni Bernh. abbatis.* Ita: *Venerabili abbatisse fontis ebraldi M. (athildi) sunt (I. Frater) P. (etrus) cellensis abbas suus in christo amicus gratiam gloriam sponsi eterni. Inspector conscientiarum deus* &c. Vide, quam verum: *Nimium ne fide colori rubro!* Nihil ad *Bernhardum* haec Epistola. In *Bibl. PP. Lugd. T. XXIII. p. 841.* est L. II. *Epistola 10. Petri ex Abbate Cellensi ad Treca O. S. B. a. 1181. Episcopi Carnot. et a. 1187. defuncti, et hic bene descripta, atque jam semel relata.*

VIII. fol. 128. *Incipiunt sermones domni Odonis abbatis morimundensis. Sermones Odonis Morimund. a Discipulis lectos retuli Vol. I. P. 3. col. 2730.* et paene incusavi *Vischium* in *Bibl. Cist. p. 254.* *Odonem et Morimundum* in *Longobardiam* transferentem. Duplex est *Morimundus Cisterciensis*, mater et filia. Mater in *Dioecesi Lingon. Galliae* fundata a. 1115. de qua *Gallia Christ. T. IV. col. 814.* Filia inde traducta in *Dioecesi*

cefin *Mediol.* a. 1134—36. de qua *Ughellius* T. IV. col. 144. Utraque *Odonem* abbatem habuit. Ille quidem celebrer Historiographus et Episcopus *Frisingensis* factus *Morimundi Gall.* obiit anno 1159. Iste Abbas ferie V. vitam ad a. 1176. produxit. Itaque errorem meum retracto, Sermonesque et ibi relatos et hic referendos *Odoni Longobardico* adsigno. *Vischius* cit. p. 254. eorum numerum ad LVI. profert; Codex vero noster XXXVI. censet, de quibus nunc videamus, quoniam in *Bibliothecam Cist. Tisserii* recepti non sunt, neque *Combesius* in *Bibliotheca PP. Concionatoria* ex iis nisi *delibata* quaedam velut *saltem ad gustum* dedit, ut ait in *Recensitis Autorib.* T. I. ubi addit apud se esse repositum et prelo paratum hunc Homiliarum Fasciculum. *Sermo* I. igitur in illud *Isaiae* VII. 18. *Sibilabit Dominus muscae &c.* ita orditur: *Enigma celestis oraculi tangit, quis, quid, quibus, propter quid operetur. Quis? Dominus. Quid? sibilabit. Quibus? muscae et api. Propter quid? ut ueniant et requiescant. Digitus dei est iste, & opus illius, qui uenit uocare non solum iustos, sed & peccatores in penitentia &c.* *Iusti illi Apes, Peccatores Muscae* sunt. *Sermo* II. *Thronum Salomonis* cum VI. Gradibus et XII. Leunculis 3. *Reg.* 10. explicat. *Sermo* III. de *S. Benedicto* in illud: *Dilectus deo et hominibus &c.* *Eccl.* 45. 1. inquit: *Naturale est & uirtuti proximat suum honorare principium &c.* *Beatum patrem nostrum* uocat, quem-

admodum *Bernhardus*. Quibusdam Sermonibus tempus adsignatum est, puta: *De Adventu, Epiphania, Ascensione, S. Maria, Omnibus Sanctis, Dedicatione Templi.* XXX. II. et III. de primis Creationis Operibus agunt. In uniuersum typo digniores sunt, quam multi alii *Seculo Odonis* posteriores, quibus ea fors obtigit.

IX. fol. 211. *Tres esse gradus quibus peruenitur ad hereditatem salutis. & angelorum tres ordines distincte operari in illis.* Ita inscribitur *Tractatus mysticus*, prolixus, in Titulos miniatos distinctus, qui incipit: *Est igitur in primis diuidendum, qui sint gradus, quibus pertingitur ad hereditatem salutis, dein diffiniendum, qualiter operentur angeli in eos, qui gradibus his capiunt hereditatem salutis.* Ex isto principio *Prooemium* deesse arguas, quod fortassis in *Autoris* deduxisset notitiam. *Prosequitur: Suprema celestium ierarchia spirituum in tres distinctiones diuiditur. inferiorum superiorum mediorum &c.* *Finit Opus: De X. uero talentis prius differendum est. Sciendum tamen quia unum talentum LX. minas facit. & mina una libram & dimidiam untiam facit. Qua re X. talenta nongentas libras si recte numeremus constituunt.* Vides tractationem abrupti, et *Autorem* delectari *mystica* uirtute numerorum. *Quid* si igitur *Odo Morimundensis* sit, cujus *Analytica* Vol. I. P. 2. col. 1353. retuli? *Adi Labbei Bibl. Miss.* et *Vischii Bibl. Cisterc.* inueniesque consentientes. At uero posterior diserte edicit, se *Operis Titu-*

Titulum e *Morimundo Galliae* a. 1648. accepisse. Dicemusne utrumque *Odonem Italum* et *Gallum* casu in unum Codicem congestos, aut retractata denuo retractabimus, et praecedentes *Sermones Galliae* reddemus? In tanto Litteratorum de posteriore Opere filentio opportunissimum erit, ad il-

Vos qui sub Christo mundo certatis in isto &c.

CCCCXX.

U. 265. Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 194. f. per duas columnas nitide perscriptus, et rubricis ornatus sequentia complectitur: I. D. *Bernardi* aureolos illos V. Libellos de *Consideratione ad Eugenium III. Papam*. Praemissit Miniator: *Intentio huius libri est. In primo libro intentio est pertractare de quatuor uirtutibus cardinalibus quas in se debet habere papa. et ex consequenti ceteri prelati subditi ipsius. Et sunt iusticia fortitudo temperancia et prudencia. Rubrum I. II. De consideratione pape in se et ad se. quid sit quis sit et qualis et quantus sit. L. III. De consideratione eorum qui sunt sub papa sicut est uniuersitas prelatorum ecclesie. L. IV. De hijs que circa papam sunt. scilicet cardinales et aliam familiam ipsius. L. V. De hijs qui supra papam sunt sicut est deus et angeli eius. Opus integrum absque divisione in Capita decurrit. Initium est: *Subit animus distare aliquid &c.* et finis: *sit finis libri sed non finis querendi. Lectio collata cum Edit. Maur.**

los deferre sententiam, qui aliquando de *Scriptoribus Cisterciensibus* ex instituto et fingillatim acturi sunt.

X. fol. ult. *De consuetu uirtutum et uiciorum*. Versus alterni jam *Vol. I. P. 1. col. 406.* et *P. 3. col. 2508.* indicati:

Paris. T. II. col. 407. 1690. f. proba est.

II. fol. 40. succedit *Epistola: Uenerabili abbatisse fontis ebraldi (Fontevraud Prov. Andegav.) M. P. cellensis abbas suus in christo amicus. gratiam et gloriam sponsi eterni. Init: Inspector conscientiarum deus et testis nouit &c.* E verbis sub finem: *andegauensis comitis filia surrexit — pro rege anglorum regem commutauit angelorum*, jam *Sirmondus* notauit, Antistitam hanc *Matildem* fuisse *Fulconis V. Com. Andegav.* filiam, antequam velum fumeret, desponsam *Guilermo Henrici I. Angliae Regis* filio, qui ante nuptias in mari periit. Ad hanc igitur scribit *Petrus* ex *Abbate Cellensi* et *Rhemensi* Episcopus tandem *Carnotensis*, elatusque a. 1187. cujus *Epistolas* primus protulit a. 1613. *Paris. 8.* dictus *Sirmondus*, *Mauriani* postmodum cum reliquis ejus *Scriptis* ibid. a. 1671. 4. repraesentauerunt, unde in *Biblioth. PP. Lugd.* receptae sunt *T. XXIII. p. 824. Epistola* ibi nostra *L. II. n. 10.* in his e Codice perfici posset: *Sine te inanis uniuersa creatura,*
et